Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8221
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

tuo tempori. fiunt 20 horæ & 1 m.

Si ab occasu & sol in signa septentrionali fuerit, adde ad tuum tempus quod inuenies. si sol in meridionali, dupletur inuentum tempus, & à 24 horis deducat habebis diurnum, eius dimidium adijcias tuo tempori. ut 1548 anno. 16 septemb. hora 6. Ubi sol est in tertio gradu ♎ 2 m. Ergo inuenio hic semidiurnum tempus 6 grad. & 6 m. duplo, habeo 12 gr. 12 m. quæ subtraho à 24 gradib. remanent 11 gr. & 48 m. Huius dimidium 5 gradus & 54 m. adijcio 6 horis, & est tempus Astronomicum 11 horæ 54 m.

Nunc sit tempore reducto domos cælicas extrue.

Intres cum die tuo Ephimerides anno 1548, illicq. locum solis excerpas, à quo unum minutum abijce æquationis loco, & cum loco solis intres tabulam tab. domorum fol. 74 tempus à meridie. Et si aut non ad quamuis eleuationem habes tabulam, tamen potest iuxta unam eleuationem tres computare ut in 51 gradum possum 49 & 52. Cum ergo intres tabulam domorum inuenies è regione tui gradus solis horas & minuta, quæ addes tuis horis & minutis, addasq. pro singulis sex tuis horis unum minutum ut si 6. 1. 18. 3. et pro singulis 15 minutis locis solis addas 1 mi. Istas horas omnes & minuta congrego, & cum congregatis intro domorum tabulam eleuationis meæ, & ubi meas horas & minuta inuenio, ubi apparebunt gradus 6 domorum, reliquas per oppositionem. exempla adijcia in fine.

Anno 1548. 23 Aprile. 17 hora 20 m.
☉ 12 g 55 m.

	m.
17	20
2	38
19	58
	3/4
20.	65